

Latín
Nivel superior
Prueba 1

Miércoles 9 de mayo de 2018 (tarde)

Número de convocatoria del alumno

1 hora 30 minutos

--	--	--	--	--	--	--	--	--	--

Instrucciones para los alumnos

- Escriba su número de convocatoria en las casillas de arriba.
- No abra esta prueba de examen hasta que se lo autoricen.
- Traduzca un texto.
- Escriba su traducción en la casilla provista a tal efecto.
- Se permite el uso de un diccionario en esta prueba de examen.
- La puntuación máxima para esta prueba de examen es **[180 puntos]**.



Traduzca un texto al español. Escriba su traducción en la casilla provista a tal efecto.

1. **Cicerón evoca la autoridad de aquellos senadores que apoyaban la legislación que otorgaba a Pompeyo un mando extraordinario.**

quod si auctoritatibus hanc causam, Quirites, confirmandam putatis, est vobis auctor vir
bellorum omnium maximarumque rerum peritissimus, P. Servilius, cuius tantae res gestae
terra marique exstiterunt ut, cum de bello deliberetis, auctor vobis gravior esse nemo debeat;
est C. Curio, summis vestris beneficiis maximisque rebus gestis, summo ingenio et prudentia
5 praeditus, est Cn. Lentulus, in quo omnes pro amplissimis vestris honoribus summum consilium,
summam gravitatem esse cognostis, est C. Cassius, integritate, veritate, constantia singulari. qua
re videte ut horum auctoritatibus illorum orationi qui dissentiunt respondere posse videamur.
quae cum ita sint, C. Manili, primum istam tuam et legem et voluntatem et sententiam laudo
vehementissimeque comprobo; deinde te hortor ut auctore populo Romano maneat in sententia
10 neve cuiusquam vim aut minas pertimescas.

Cicerón, *pro Lege Manilia* 68–69



Lined writing area with 25 horizontal dotted lines.



08EP03

Véase al dorso

2. **Dríope, con su hijo en brazos, habla con su familia mientras es transformada en árbol de loto.**

dum licet, oraque praestant

- 370 vocis iter, tales effundit in aera questus:
“siqua fides miseris, hoc me per numina iuro
non meruisse nefas: patior sine crimine poenam.
viximus innocuae: si mentior, arida perdam
quas habeo frondes, et caesa securibus urar.
- 375 hunc tamen infantem maternis demite ramis,
et date nutrici, nostrarque sub arbore saepe
lac facitote bibat, nostrarque sub arbore ludat.
cumque loqui poterit, matrem facitote salutet,
et tristis dicat ‘latet hoc in stipite mater.’
- 380 stagna tamen timeat nec carpat ab arbore flores,
et frutices omnes corpus putet esse deorum.
care vale coniunx, et tu, germana, paterque!
qui, siqua est pietas, ab acutae vulnere falcis,
a pecoris morsu frondes defendite nostras. [...]”

Ovidio, *Las metamorfosis* 9.369–384



A large rectangular area containing horizontal dotted lines for writing.



08EP05

No escriba en esta página.

Las respuestas que se escriban en esta página no serán corregidas.



08EP06

No escriba en esta página.

Las respuestas que se escriban en esta página no serán corregidas.



08EP07

No escriba en esta página.

Las respuestas que se escriban en esta página no serán corregidas.



08EP08